



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Christophori || Helvici || In Academia Giessena Quondam
Do-||ctoris & Professoris, Theologi, Philo-||sophi, Historici,
Chronologi, Philologi || laudatissimi, Libri || Didactici,||
Grammaticæ || ...**

Helwig, Christoph

Giessae, 1619

In Continuativo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70031)

Fitne etiam in consonantibus mutatio?

S post EX abjicitur.

N asciscit G in hīs, Nosco, Navus, Natus.

ut:

Sero	Exero
Salio	Exilio
Nosco	Cognosco
Navus	Ignavus
Natus	Cognatus.

De significatione Præpositionum Compositarum.

Præpositiones retinent suam significationem in Compositione, Præter tres:

1. In, cum Nominibus & Adverbis primò Compositum, significat negationem aut privationem.
2. Per, cum Nominibus & Adverbis primò compositum, intendit vel auget significationem.
3. Sub, cum Nominibus [interdum etiam cum Verbis] primò compositum, minuit significationem.

Sed cum aliis vocibus, itidem retinent suam significationem.

¶ Sub interdum est pro sus seu sursum: ut subveho, subvolo, subsilio.

[Est & Comparatio in Præpositione Prope, propius, Proximè.]

IN CONTINUATIVO.

(seu Conjunctione.)

Quotuplex est continuativum? Multiplex.

1. Copulativum: At, Atq;, &, etiam, item, itemq;, nec, neq;, neu, nevé, q;, quoq;, cum, tum, simul, quin etiam, sed & aded.
2. Conditionale: Si, sin, ni, nisi, siquidem, modò, dum, dummodò, quòd si, quoad, quà, quatenus, alioqui, ceteroquin, aliàs.
3. Disjunctivum; Aut, seu, sive, ve, vel, sed.
4. Exceptivum: Nisi, præterquam, extraquam.
5. Concessivum; Etsi, etiam si, tametsi, quanquam, quamvis, licet, ut, utut, utlibet, utcumq;, quidem, sanè, equidem.
6. Adversativum; Tamen, attamen, at, ast, at qui, autem, intereà, interim, imò, quinimò, sed, sed enim, verùm, verò.
7. Causale; Enim, etenim, nam, namq;, quia, quòd, quoniam, quippe, quando, quandoquidem, siquidem, idèò, propterea, cum, postquam, ut, ne, quò, quin.
8. Facti; quòd.

9. Con-

9. Conclufivum; Ergò, idèd, igitur, idcirco, itaq₃, proinde, propterea, quare, quamobrem, quapropter, quocirca.
10. Electivum, Quàm, ac, atq₃.
11. Continuativum; Primùm, deinde, deinceps, adhuc, præterea, tum, item, porro, ceterùm, ampliùs, in super, tandem, deniq₃, postremò.
12. Explanativum, Seu, sive, vel, & scilicet, videlicet, nempe, nimirùm, utpotè, ut.
13. Completivum: Num, ergò, igitur, quidem, equidem, sanè.

F I N I S.

